



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lxx. Ad destillationem tollendam, quae per nares mucum reddit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad humida pituita orientia tubera.

SÆPE in naribus accipitrum oriuntur tubera ex humida destillatione. Remedio sunt tres guttæ gari optimi quotidie naribus instillatæ.

Ad inflammationem narium.

NARIUM inflammatio cognoscitur, cum circum oculos & os glutinosus humor exundat. Sanatur hoc medicamento, quod habet agrestis vlmī semina concisa & tusa cum oleo in offas agglomerata, palatoque accipitris infricata: tum eius naribus instillatur succus rosaceus, omphacino oleo temperatus.

Ad destillationem tollendam, quæ per nares mucum reddit.

PIPERIS grana decem & septem mortario contrita vna cum sapone, & stillatitia myrrha tenuiter cribrata, & ea quidem ad proportionem piperis iniecta, & mista: postquam accipiter cibum sumpserit, eius nares illinantur, & ad sanitatem perueniet.

H

A